

Hic æquioribus omnino utimur sacrae philosophiæ defensoribus. Quare si istinc paululum concederes, ut statuisse te rumor est, tuarum rerum iactura, istiusq; prouinciæ cōmodorum, ingens (ut opinor) compendium laboris, molestiæq; factitares. Hac in urbe omnino, si non ample, certe honorifice & cōmode cum uiris existimatissimis agitur, primariaq; commendationis in literarum lautiorum professione. Tu rationum tuarum summam melius nouisti, quas etiam (ut arbitror) cum amicis iuratiōibus subducis: ego cum scribendi argumentum requirerem, hæc epistolę addidi. Nam de aulica expeditione mea, non est quod fabulam mox à me expectes: nūc etiam in serijs occupatus: huiuscemodī nugis nō uacas, & me hilaritas cum ocio deficit. Nam his diebus literas Roma, Venetijs, ex aula, alijs undeq; simul accipi: quibus cū respondere cœpissē, tuæ superuenerunt. Est & alia commentatio, quæ sibi quadragenarij ieiunij magnam partē uendicabit, si auspiciari uacabit. Huc tanquam in securitatis domicilium me transtuleram, sed curæ & negocia umbra sequaciora me comitantur quoquo gentium, locorumq;. Hęc ad te tantum scribere licuit ante sacrum matutinum, quoniā dies festus erat. Vale. Ex Marliano nostro, Quinto Calend. Martias. Uuem tuum uerbis meis salutabis: cui nō fuit ocium ut scriberem, & alioqui nihil erat, quod scriberem: nisi si maētum esse iuberem ea ingenij, industrięq; claritate, quam tu testificare. Scripsi ei ad Calendas Februarias, aut postridie Calendas. Ἐξ ἔωσο ὦ ἐπανορθωτὰ καὶ ἄρμολα ἧν καλῶν συγγραμμάτων, καὶ διατέλει τὸ ποιοῦν καὶ εὐτυχῶν.

GVLIELMVS BVDAEVS GV
LIELMO MAINO S.

Quum in

222 GVLIELMVS BVDAEVS ERASMO.
 tio ex euentu penes te futura est. Satis enim exemplo me
 homines præscripsisse liberis meis studiosæ uitæ ratio-
 nem existimabunt: & (ut Græce dicam) τὴν ἐν φιλολογίᾳ τῆς
 δεξιᾶς μέθοδον προσώδοπε πρὸς κέναι. Quo fit ut eos tibi cōmen-
 dans, non meam magis, quàm communem rem acurare te
 iubeam. Vale. Ardeæ. XVI. Calend. Iunij.

EPISTOLARVM GVLIELMI BV
 DAEI, REGII SECRE
 TARI, FINIS.

BASILEAE, IN AEDIBVS AN
 DREAE CARTANDRI,
 MENSE FEBRVA
 RIO, ANNO
 M. D. XXI.